Quelle: https://manuscripta.at/?ID=757
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ɩ ʃſſɑ ɩ ſɩ
hanc discerpere pcnis

Huius ita gestis tirannus iubet sanctam
uirginem presentari dixitque illi.
O uirgo generosa digna imperiali purpura.
consule iuuentuti tue. et sacrifica diis
nostris. et eris secunda post reginam. in
palacio meo. et ad nutum tuum cuncta
regni spectabunt negocia. Faciam preterea in
signum suscepti fidei ymaginis statuam. in me
dio ciuitatis erigi. a cunctis ciuibus sa
lutandam. Postremo inter deas tibi tem
plum de insigni marmore erigam.
Ad hec uirgo respondit. Desine im
perator talia suadere. quod sunt scelus etiam
cogitare. Christus me sibi sponsam adopta
uit. ego me Christo sponsam indissolubili
fide copulaui. Ille gloria mea. ille amor
meus. ille dulcedo mea et dilectio mea. Ab
eius amore me rerum blandimenta. non
exquisita tormenta. ab eius confessione po
terunt separare. Hinc tirannus furore
commotus iubet eam spoliatam scorpi
onibus cedi. dehinc obscuro carceris
ergastulo claudi. ubi per duodenos dies
fame et siti eam imperat cruciari. Accidit
autem ut ipse pro causis instantibus con
finia regionis adiret. Peruenerat autem
regine crudelissima uiri sententia. de
beata katerina. unde anxia uidere
faciem uirginis. et eam alloqui cupie
bat. Conuocans quippe ad se quendam mi
licie principem nomine porphirium. pos
tulat ut amotis aut placatis custodibus.
colloquio uirginis potiretur. Nec mora

porphirius ad consensum custodes
emollit. Igitur circa primam uigiliam noc
tis. regina simul et porphirius pro
dierunt ad carcerem. et introeuntes uide
runt carcerem inestimabili claritate
undique coruscare. cuius ex fulgore
perterriti corruerunt in terram. Mox
inestimabilis odor suauitatis naribus
infusus. ad spem meliorem confortauit.
Surgite inquid uirgo egregia. et
ne paueatis. quia et uos Christus uocat
ad palmam. Surgentes autem con
spiciunt puellam sedentem. et angelos
dei plagas et scissuras. aromatico
unguine circumfouentes. quibus
caro et cutis superficies in admirabilem
decorem conuertebantur. Tunc beata
uirgo reginam aduocans. blande
consolari cepit dicens. Iam regina forti
animo esto. quia post hoc triduum
itura es ad dominum. Nec te terreant momen
tanea tormentorum genera formides. que
interminabilis gloria talibus pro Christo penis
emeretur. Nec uerearis inquit tem
poralis regis consortium. aspernari pro
rege eterno. et immortali sponso domino
nostro ihesu Christo. qui pro caducis honoribus
donat eterna premia. pro transitoriis sine
fine mansura. Ad hec porphirius cepit
rogando inquirere. que nam essent
illa premia. que suis militibus Christus pro
dampnis temporalibus recompensat. Cui
uirgo. Audi inquid porphiri. Illa
superna patria. per quam fit mundi con